

JOSEPHUS M.^o GARCIA BOIZA

DOCILE • INGENIVM • ADVLESCENS • LITTERIS • ALTIORIBVS
DISCIPLINIS • EXCOLTUIT • SACERDOTIO • AVCTVS • SINGVLARI
PIETATIS • STVDIO • SANCTISSIMIS • MORIBVS • IN • EXEMPLVM
ENITVIT • SACRI • IVRIS • CONSVLTVS • IN • SPEM • ECCLESIAE
ADLECTVS • INTER • MAGISTROS • SALMANTINAE • ACADEMIAE
SCIENTIARVM • FINIBVS • PROFERENDIS • CASTE • INTEGRE
NAVITER • MVNVS • SIC • OBIVIT • VTI • SVI • SECVRVVS • POST-
HABITA • ETIAM • VALETVDINE • AB • OFFICII • RELIGIONE
NVNQVAM • DECLINARET • VIR • SOLLERS • INDVSTRIVS • PER-
VICAX • STRENVAM • OPERAM • NAVAVIT • IN • HACCE • EPHE-
MERIDE • COMPONENTA • REBVS • AMICORVM • FIDISSIMVS
PROMPTOS • VNICVIQVE • ADITVS • OBVIAM • COMITATEM • EX-
HIBVIT • MAIORA • DE • SE • GRANDIORE • AETATE • POLLI-
CITVS • FLEBILIS • OMNIBVS • SANCTE • DECESSIT.

ACCEPTUS • CLERO • POPVLOQUE
OCCIDISTI • SACERDOS • OPTIME

AT • NON • TE • INFIRMO • DESIDERIO • PROSEQVIMVR
QVVM • TAM • INFENSIS • CHRISTIANAE • SAPIENTIAE
TEMPORIBVS

TIBI • NON • EREPTA • A • DEO • VITA
SED • DONATA • MORS • ESSE • VIDEATVR

SODALI • CARISSIMO

ACADEMIAE • MODERATOR • MAGISTRI • ALVMMNI
AMORIS • OBSEQVII • MONIMENTVM